



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. I. Variæ divisiones finis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74152)

insuere causa finalis est appeti. Hinc fit, quòd cùm hominis voluntati proprium sit, fortius maliter trahi, & allici à fine, ceu primo in operabilibus quoad ordinem intentionis, eodem quoque conveniat agere propter finem: prout concludit S. D. hic q. I. a. 1. est, que ex S. Scriptura certum Psal. 118. *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem*, aliisque quàm plurimis locis. Nunc finis varias divisiones, & circa ipsam quæstiones discutiamus.

## ARTICULUS I.

## Quid sit agere propter finem?

## SUMMARIUM.

nonicum recites principaliter propter calum Divinum, & secundario propter fructus beneficii percipiendos.

## § II.

## Definitio &amp; divisio actus humani.

Sciendum primò. Ex actibus, qui procedunt ab homine alios dici actus hominis, alios vero actus humanos. Actus hominis sunt, qui quomodocumque procedunt ab homine, quales illæ quoque actiones sunt, quæ homini conveniunt secundum gradum genericum, sicutque ipsi communes cum brutis: ut crescere, progredi &c. Actus humani proprie sunt, qui conveniunt homini, in quantum est homo, hoc est, in quantum suæ rationalis naturæ gradu specifico excellit supra creaturas irracionales. Ex istis actibus humanis alii dicuntur humani quoad substantiam, alii quoad modum. Actus humanus quoad substantiam est omnis ille, qui ab ipso procedit, quatenus operante secundum gradum specificum & differentialem; ut sunt ridere, flere, motus voluntatis primò primi, & indeliberati &c. Actus humanus quoad modum est illa operatio, in qua reperitur modus operandi naturæ rationali proprius. Quod fieri potest dupliciter, primò quòd mens rationalis operetur cum perfecta cognitione finis. Secundò quòd operetur cum indifferentia & libertate. Primò modò, sic amor & fructio beatifica, qui ex visione beatifica tanquam perfectissima cognitione ultimi finis procedunt, appellari possunt nomine actus humani. Secundò modò, qui est proprius huius loci, & ad beatum viatorum potissimum pertinet, sic definitur actus humanus à S. D. hic a. 1. in c. actio, cuius homo est dominus, sive, quæ ex deliberata voluntate procedit. Sub qua consideratione deinceps de actibus humanis agetur.

Sciendum secundò. Operationem posse duplici modo à voluntate procedere. Electivè videlicet & imperativè. Actio electivè est, quæ immediatè ex voluntate procedit, ut intentio, electio &c. Actiones imperative sunt actus stellarum potentiarum, quatenus voluntatis motioni actu subiiciuntur, ut sunt ambulare, ridere, comedere &c. qui actus licet proprie non sint humani, quatenus à suis potentis proximè procedunt, & rationem præveniunt: sunt tamen, quatenus ex imperio rationis mediatè procedunt.

Sciendum tertio. Deliberationem rationis dividit primò in latè & strictè sumptam. Strictè sumpta significat præviã consultationem & inquisitionem de mediis idoneis ad consequen-

1. Finis cui, & cuius gratiâ.]
2. Finis qui, & quo.
3. Finis operis & operantis.
4. Finis ultimus, & intermedius.
5. Finis principalis & secundarius.
6. Alii actus hominis, alii humani, quoad substantiam, alii quoad modum.
7. Operatio voluntatis, alia elicta, alia imperata.
8. Deliberatio alia strictè, alia late accepta, alia formalis, alia virtualis.

## §. I.

## Varia divisiones finis.

1. Finis multifariam dividitur. Et primò cui & cuius gratiâ. Finis cuius gratiâ est res illa, cuius adipiscendæ gratiâ voluntas operatur, ut sanitas, ratione cuius sumuntur amaræ potiones. Finis cui, est illud subiectum, in cuius commodum assumitur finis cuius, ut homo, cui per amaras potiones sanitas queritur. Ex utroque integratur, & adæquatur totus finis. Ideoque præsens divisio est quasi totius in partes, ubi finis cuius formalis, finis verò cui, qui ab illo perficitur, estque susceptivum ipsius, subit rationem partis materialis.
2. Secundò dividitur finis in finem qui, & quo, sive in obiectivum & formalem. In finem ut res, & in finem, ut adeptio rei. Finis qui igitur est id, quod amamus, & coincidit cum fine cuius, Finis quo, est eiusdem adeptio & consecutio.
3. Tertio dividitur finis in finem operis & operantis. Ille est bonum, ad quod res vel actio ex se ordinatur, ut finis studiorum est scientia. Finis operantis est bonum, in quod operans ordinatur ea, quæ facit, ut gloria DEI, si ad illam studia tua ordines.
4. Quarto dividitur finis operantis in ultimum & intermediam. Intermediam est, qui quidem ratione sui appetitur, cum dependentia tamen, & subordinatione ad finem ulteriorem: veluti si navigatio propter delectationem, quæ exinde percipitur, assumpta, ulterius ordinetur ad locum aliquem, ad quem navigans pervenire intendit. Ultimus est, qui non ad ulteriorem, sed ad ipsum omnia referuntur; & subdividitur in ultimum simpliciter, ad quem omnia in omni genere referuntur, & in ultimum secundum quid, ad quem omnia in uno rerum ordine referuntur, non autem in alio.
5. Quintò dividitur finis in principalem & secundariam. Principalem est, qui per se primò intenditur; Secundariam verò, qui non nisi consecutivè, & alio præsupposito fine, ut à officium Ca-